

Handwritten text on the left edge of the book cover, partially obscured.

Jf
788



Mac. 12.



R E C T O R
VNIVERSITATIS LIPSIENSIS
N A T A L E M
D O M I N I I E S V C H R I S T I
DIE XXV. DECEMBR. A. c1913ccckv
IN
A E D E D. N I C O L A I
P I E C E L E B R A N D V M
I N D I C I T.

*De doctoribus veteris ecclesiae culpa corruptae per Platonicas sententias
Theologiae liberandis*

C o m m e n t a t i o X X.



M E T O M

UNIVERSITÄTIS LIBRARIIS

N A T A L E M

D O M I N I I E S V O N N I S T I

DIE XXV. DECEMBER A. CLXXXV

IN

A E D E D. N I C O L A I

DIE GEBURTTAG

FEIERT.

Es dankt sich sehr für die Unterstützung der Bibliothek

Commercio XX



Ieiuniis igitur cum primi Christiani e Iudaismo, unde plerique eorum egressi fuerant, iam assueti essent, iisque cum publicis tum privatis ¹⁾; non mirum est, eos et ipsos mox coepisse similia ieiunia publice privatimque agere. Et publici quidem, aut communis saltem, ieiunii in memoriam mortis Iesu Christi die parasceves celebrandi occasionem secundo iam seculo, Tertulliano teste ²⁾, arripuerunt ex ipsius Iesu dicto, quo Phariseis Matth. IX, 15. declarasse traditur, discipulis suis tum demum fore ieiunandum, ubi sponsus ab iis fuerit ablati, cum id, quanquam praeter mentem Iesu ³⁾, de ieiunio proprie dicto intelligerent, hincque tale illo, quo diximus, die instituendum esse censerent, licet alii ieiunium ex huius dicti auctoritate servandum post diem potius ascensionis ipsius in coelum abitusque ex his terris celebrandum iudicarent, ideoque id in vel post Pentecostes festum transferrent,

1) De quibus Iudaeorum ieiuniis videndus in primis est Relandus in *Antiquitat. sacr. ver. Hebr. Farr. IV. cap. X. pag. 309.* edit. Vogel.

2) *De ieiun. cap. 2. Opp. Vol. II. pag. 391.* edit. Seml. de psychicis vel Cathol. haec tradente: *Certe in evangelio illos dies ieiunium determinatos*

putant, in quibus ablati sunt sponsus: et hos esse iam solos legitimos ieiuniorum christianorum, abolis legalibus et prophetis verustatibus.

3) Quam multo rectius persequitur Theophylactus, haec ad illum locum monens: *ἔτι ἐν καρδῆς φησι, ὅτι ἐμὲ παρόντος καὶ ἀναλήψεως ἡγεύσασαι λιμῆ καὶ δίψης διακόμενοι.*

rent ⁴⁾, alijs contra isto dicto in contrariam plane partem utentibus, ex eoque Christianis, qui Christo etiamnum gaudeant Domino suo, vel plane non, vel certe non ob hanc sponsi ablati causam ieiunandum esse demonstrantibus ⁵⁾. Praeter hoc vero ieiunium eodem adhuc seculo secundo et alia subinde ieiunia publica ab episcopis in publicis christianorum calamitatibus vel imminentibus adhuc, vel eos iam urgentibus, extra ordinem fuisse indicta, idem Tertullianus testa-

4) Quod de Montanistis narrat Hieronymus in *Commentar. ad illum Matth. locum, Tom. IX. Opp. pag. 23.* haec scribens: *Ex huius occasione testimonii, Montanus, Prisca et Maximilla etiam post Pentecosten faciunt quadragesimam, quod ablato sponso, filii sponsi debeant ieiunare. Ecclesiae autem consueto ad passionem Domini et resurrectionem per humilitatem carnis venit, ut spiritali saginata ieiunio corporis praeparemur. Eodem tamen modo multos etiam Catholicorum iudicasse, Ildorus Hispal. tradit l. I. de offic. cap. 38. Opp. To. VI. pag. 407. edit. Arev. de ieiunio Pentecostes haec habens: Hoc ieiunium a plerisque ex auctoritate evangelii post Domini ascensionem compleitur, testimonium illud Domini historialiter accipientibus, ubi dicit: Numquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Veniet autem dies, quum auferetur sponsus ab eis, et tunc ieiunabunt. Dicunt enim post resurrectionem Domini quadraginta illis diebus, quibus cum discipulis postea legitur conversatus, non oportere ieiunare, nec lugere, quia in lacrima sumus. Postea vero quam tempus illud expletur, quo Chri-*

stus advolans ad coelos, praesentia corporali, recessit, indictum ieiunium est, ut per cordis humilitatem et abstinentiam carnis mereamur e caelis promissum accipere Spiritum sanctum.

5) Ita certe statuit auctor *Homil. X. in Levit.* quae inter Opera Origenis edita deprehenditur *To. II. pag. 246.* edit. Ruae. cuius locum miramur effugisse Dallaeum de *ieiun. et quadrag. li. III. cap. 15. pag. 589 ff.* et *Jos. Binghamum in Antiquit. eccles. l. XXI. c. 1. §. 9. Vol. IX. pag. 194.* vers. lat. Hal. de illa ipsa ieiuniorum a veteribus actorum ratione, quae ex isto loco fuit repetita, disputantes. Ibi enim postquam huius dicti Iesu mentionem iniecerat, haec subiungit: *Illi ergo ieiunent, qui perdidit sponsum, (in quibus haud dubie cogitavit de Iudaeis, quos paulo ante dixerat Christum crucifixisse,) nos habentes nobiscum sponsum ieiunare non possumus. Id tamen eum non sic voluisse intellectum, ut Christianis nec ulla alia de causa ieiunandum esse existimaret, sequentia docent, de quibus paulo post a nobis disputabitur.*

testatur 6). His vero tertio et sequentibus seculis accesserunt deinde ieiunium quadragesimale 7), itemque quarti et sexti cuiusque hebdomadis diei, aliaque plura et ipsa stata 8) ac publica, de quibus tamen uberius nunc exponere non fert nostri instituti ratio 9), ex qua nobis nunc de privatis potius Christianorum ieiuniis est dicendum.

His autem primi quidem Christiani nondum videntur multum tribuisse sed iudaicum potius ritum in iis agnovisse, qui a Christianis, ad cultum Dei internum magis et spiritualem obstrictis, non amplius sit observandus. Tale quid haud obscure professus saltem est *Barnabas*, si quidem is auctor est epistolae, quae ipsi tribuitur, dum Iudaeis quidem ieiunia proprie dicta et ad corpus pertinentia, licet Deo parum accepta iniuncta fuisse, a nobis vero Christianis spirituale potius ieiunium in scelerum et peccatorum fuga virtutisque studio illud positum, postulari defendit 10); similiterque *Iustinus* etiam
Mart.

6) De ieiun. cap. 13. pag. 496. Vol. II. Bene autem, inquit, quod ex episcopi universae plebi mandare ieiunia assolens, non dico de industria stipium conferendarum, ut vestrae capturae est, sed interdum et ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticae causa. Itaque si ex ex hominis edicto et in unum omnes transvolentem ageratis, quomodo in nobis ipsam quoque unitatem ieiunationum ex xerophagarum et stationum denotatis?

8) Quae tamen omnia non immerito, ut videtur, tanquam Iudaismum redolentia ab Aërio improbata fuisse narrat Epiphanius haer. LXXV. To. I. Opp. pag. 907.

9) Plura vero de iis cognoscere cupientibus praeter classicum Dallaei librum aliquoties iam laudatum adeundus imprimis est Ios. Binghamus *Antiqq. eccles. l. XXI. integro.*

7) Hoc enim ieiunium tribus prioribus seculis nondum fuisse celebratum, post Dallaeum bene demonstravit I. G. Koernerus olim noster in Diss. *Ieiunium Christi nec legem esse nec exemplum propositum §. XXI —XXXI. pag. 34. ff.*

10) In *epist. cathol. cap. 2. et 3:* quae ex antiqua tantum versione restant, et in quibus inter alia haec occurrunt *cap. 2. To. I. PP. App. p. 57: edit. Cotel. Adapertur enim nobis per omnes Propertas, quia non utitur nostris hostiis, neque vicimis, neque oblationibus; haec dicens: (Ies. 1, 11:)*



Mart. ¹¹⁾ et *Clemens Alex.* ¹²⁾ non nisi hoc ieiunium spirituale aut, si malueris, morale, norunt atque commendant. Diversam tamen ab his *Hermas*, aut, qui alius est, auctor *Pastoris* huius

Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum dicit Dominus? — Neomenias vestras et Sabbata et diem magnum non sustineo: ieiunium et ferias et dies festos vestros odit anima mea. Haec ergo vacua fecit, ut nova lex Domini nostri Iesu Christi, quae sine iugo necessitatis est, humanam habeat oblationem: iisque haec deinde subiiciuntur cap. 3. Dicit ergo iterum de his ad illos: (Ies. 58, 4.) Ut quid mihi ieiunatis, ut hodie audiat vox vestra in clamore? Non tale ieiunium elegi, dicit Dominus, ut quis humiliet animam suam sine causa. Neque si curvaveris quasi circulum collum tuum, et saccum te circumdederis et cinerem straveris: nec sic celebrabis ieiunium acceptum. Ad nos autem sic dicit: (Ies. 58, 6.) Cum ieiunaveritis, solve omnem nodum iniustitiae et omnem consignationem iniquam dele, resolve suffocationes impotentium commerciorum, dimitte quasiatos in remissionem et omnem cautionem malignam dissipa. Frange esurienti panem tuum, et egenos sine tecto induc in domum tuam; cum videris nudum vesti, et domesticos seminis tui non despicias. — In hoc ergo, fratres, providens est et misericors Deus, quia in simplicitate crediturus esset populus, quem comparavit dilecto suo, atque

ante ostendit omnibus nobis, ut non incurvamus, tamquam profelyti ad illorum legem.

11) In *dialog. c. Trypb.* §. 15. pag. 115. edit. Bened. ubi Iudaeis, eodem, quem ex Barnaba loco. *super.* exhibuimus, Ies. 58, 1 ff. loco usus, verum illud ieiunium Deo unice probatum commendat, τὴν ἀληθινὴν εἶν, inquit, τὸ θεῶ ἡμεῶν μᾶλλον ἡμετέροις, ὡς ἡσαίης φησὶν, ἵνα τῷ θεῷ εὐαρεστήτε, idque post §. 40. pag. 137. a Christianis dicit observari.

12) *Strom. l. VI.* §. 12. *To. II.* *Opp.* pag. 791. ed. Potter. ubi facta loci *Tob. XII*, 8. in quo ἀγαθὸν dicitur ἡμεῶν μετὰ προτευχῆς mentione, haec subiungit: ἡμεῖς δὲ ἀποχρὸς κακῶν μνησούσιν πάντων ἀπαχαλλῶς, τῶν τε κατ' ἐνέργειαν καὶ κατὰ λόγον καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν αὐτῶν: et *Strom. l. VII.* §. 12. pag. 877. solenne adeo tum iam quarti et sexti diei ieiunium in sensum morale transfert, hincque de Gnostico suo haec habet: οἶδεν αὐτὸς καὶ τῆς ἡμετέρας τὰ αἰνίγματα τῶν ἡμερῶν τῶν τετάρτων, τῆς τετράδος, καὶ τῆς παρασκευῆς λέγει. ἐπιφηνίζονται γὰρ ἡ μὲν Ἑρμῆ ἢ δὲ Ἀφροδίτης. αὐτὰ ἡμεῖς κατὰ τὸν βίον φιλαργυρίας τε ὁμοῦ καὶ φιληδονίας. εἰς ὧν αἱ πάσαι ἐκφύονται κακίαι. — ἡμεῖς ποτεῖν καὶ κατὰ τὸν νόμον ἀπὸ τῶν πράξεων τῶν φαύλων, καὶ κατὰ τὴν τὴν εὐαγγελίᾳ τὴν λειότητά, ἀπὸ τῶν ἐνοιῶν τῶν πονηρῶν.

huius viri nomini inscripti, sententiam secutus fuisse deprehenditur. Is enim quanquam et ipse bene vidit, solum illud, quod diximus, ieiunium morale veri ieiunii nomine dignum esse habendum, tamen nec a ieiunio proprie dicto prorsus abhorruit, idque in partibus cultus divini officii necessitatem excedentibus posuit, ideoque non posse non Deo probari praemiisque ab illo ornari statuit. Hinc enim, cum ieiunium a se agi significasset angelo, quem in isto opere secum loquentem sistit, iubet quidem eum primum id ipsum sibi declarare¹³⁾, eiusmodi ieiunium non esse ieiunium verum Deoque probatum, attamen post et hoc se ab eodem angelo per similitudinem aliquam dicit edoctum fuisse¹⁴⁾, licere etiam praeter

13) *Lib. III. Similit. V. §. 1. To. I. pag. 105.* ubi haec leguntur: *Nescitis, inquit, Deo ieiunare, neque est ieiunium hoc, quod ieiunatis, Deo nihil proficientes. Quare, inquam, Domine, ita dicitis? Dico certe, inquit, non esse ieiunium hoc, quod putatis vos ieiunare: sed ego te docebo, quod sit ieiunium plenum acceptumque Deo. Audi, inquit, Dominus non desiderat tale ieiunium supervacaneum: sic enim ieiunando nihil praestas acquitati. Ieiuna certe verum ieiunium tale. Nihil in vita tua nequiter facias; sed mente pura servi Deo, custodiens mandata eius et in praeceptis eius ingrediens; neque admiseris desiderium nocens in animo tuo. Crede autem Domino; si haec feceris, timoremque eius habueris, atque abstinueris ab omni negotio malo, Deo te vicurum. Haec si feceris, ieiunium magnum consummabis acceptumque Domino.*

14) *Ibid. §. III. pag. 106.* ubi postquam angelum rogaverat, ut mentem etiam similitudinis sibi ab

illo propositae explicaret, is ei haec dicitur respondisse: *Omnia exponam tibi, quaecumque locutus fuero tecum aut ostendero tibi. Mandata Domini custodi et eris probatus, et scriberis in numero eorum, qui custodiunt mandata eius. Si autem praeter ea, quae mandavit Dominus, aliquid boni adieceris, maiorem dignitatem tibi conquires, et honoratior apud Dominum eris, quam eras futurus. Igitur si custodieris mandata Domini et adieceris etiam ad ea stationes has, gaudebis maxime, si secundum mandatum meum servaveris ea. — Sic ergo facies. Peractis, quae supra scripta sunt, illo die quo ieiunabis, nihil omnino gustabis, nisi panem et aquam; et computata quantitate cibi, quem caeteris diebus comesturus; sumptum diei illius, quem facturus eras, repones, et dabis viduae, pupillo aut inopi, et sic consummabis humilitatem animae tuae, ut qui ex eo acceperit, sariet animam suam et pro te adeat Dominum Deum oratio eius.*

ter ea, quae Deus iusserit, boni aliquid facere, eoque ipso cum maiorem sibi apud Deum honorem parare, tum eius etiam favorem conciliare¹⁵⁾. Post vero plerique de ieiuniis ita coeperunt statuere, ut non quidem divinum amplius cultum in iis agnoscerent, sed ad virtutis potius disciplinam ea referrent, hocque maxime nomine commendarent, attamen tantum simul pretii iis tribuerent, ut a meriti cuiusdam, quod iis inest, persuasione¹⁶⁾ difficillime possent abduci, ideoque

eius. Si igitur sic consumnaveris ieiunium tuum quemadmodum praecipio tibi; erit hostia tua accepta Domino, et scribetur hoc ieiunium tuum. — Haec tu si servaveris cum liberis tuis et rota domus tua; custoditis his, felix eris. Et quicumque haec audita custodierint, felices erunt; et quicquid petierint a Domino, obtinebunt. Haec posterior autem sententia, per eiusmodi ieiunia, quicquid quis a Deo petierit, posse obtineri, alio etiam eiusdem scriptoris loco illustratur, lib. I. vif. III. §. 10. pag. 80. ubi cum de nonnullis ad visionem ante sibi oblatam pertinentibus accuratius adhuc optasset edoceri, hoc responsum talisse dicitur: *Omnis rogatio humilitate eger. Ieiuna ergo, et percipies a Domino quod postulas; tumque haec ab illo adduntur: Ieiunavi ergo diem unam. Eadem nocte apparuit mihi iuevis et ait etc*

15) Quam huius viri sententiam dubitamus, iure fuisse a duumviris doctissimis hoc nomine laudatam, quod verum religionis christianae, cultum Dei purum commendantis, sensum spiret, Münsehero nimirum in *commenceas. : Ueber den Zustand der*

christl. Sittenlehre in den ersten Zeitaltern nach dem Tode der Apostel, inserta b. Henckii Magaz. für Religionsphilos. Exeges. u. Kirchengesch. Vol. VII. pag. 347 sq. et Staedlino in *Geschichte der Sittenl. Jesu. Vol. II. pag. 39 sq.* cum tamen ab utroque concedi debuisset, et tale quid ei inesse, quod persuasionem de operibus quibusdam superabundantibus, ut post adpellari consueverunt, superstitione plenissimam haud obscure redoleat. Saltem hoc simul moneri debuisset, id modo, quod superstitionis huic sententiae fuerit admixtum, Hermiae proprium fuisse, quod vero prohi ei inest, eum cum aequalibus suis commune habuisse, atque ex V. T. libris petiisse, quod miramur, neutri horum duumvirorum fuisse observatum.

16) Quam eorum persuasionem nescimus, utrum feliciter satis emolite studuerit Dallaeus in libr. *de ieiun. r. quadrag. lib. II. cap. 15 p. 335 ff.* Certe non omnia, ut ex sequentibus adparebit, illorum scriptorum loca mitiorem illam, quam iis subiecit sententiam admittere nobis videntur.

que praemia etiam illorum causa a Deo reportanda expectarent; atque de his ut pluribus iam a nobis exponatur, praesentis consilii nostri ratio utique postulat.

His autem *Origenes* primum foret annumerandus, si quidem certa satis esset Homiliarum eius in Leviticum et Numeros, quae a Rufino, ut probabile est, latine versae extant, fides ¹⁷). In illis enim, quamquam ieiunii proprie dicti necessitas disertè impugnatur, et non nisi illud, quod morale diximus, pro christiano ieiunio habendum esse defenditur ¹⁸), tamen nec istud prorsus improbandum esse non minus perspicue asseritur, ubi vel virtutis adiuvandae causa fuerit institutum ¹⁹), vel a liberalitatis in pauperes exercendae studio

pro-

17) Quam pluribus quidem contra eos, qui de illa dubitarunt, asserere studuerunt Petr. Dan. Huetius in *Origenian. l. III. sect. III. §. III. et IV.* et Car. Vincent. Ruæus in *Admonit.* utriusque libro praemissa *Tom. II. Opp. pag. 179. et 269.* sed quae nihilominus tamen per illa ipsa, quae ab utroque viro eam in rem sunt disputata, propter nimiam, qua in vertendis atque conftruendis his libris Rufinus, ut ipse fatetur, usus est non tam libertate, quam licentia potius, in singulis saltem locis admodum dubia atque incerta redditur.

18) In loco *Hom. X. not. §. iam laud.* ubi tota §. 2. contra illos disputat, qui, ut ab initio statim dicitur, putant pro mandato legis sibi quoque Iudaeorum ieiunium ieiunandum, et, postquam multa contra eos monuit, haec deinde proxime ante illa, quae ibi recitavimus, verba subiicit: *Vis tibi ad hoc ostendam, quale te oportet*

ieiunare ieiunium? Ieiuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malitiae, nullas copias epulas voluptatis, nullo vino luxuriae concalescas. Ieiuna a malis actibus, abstine a malis sermonibus, contine te a cogitationibus pessimis. Noli contingere panes furtivos peruersae doctrinae. Non concupiscas fallaces philosophiae cibos, qui te a veritate seducant. Tale ieiunium Deo placet. Abstinerè vero a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, et hoc facere cum his, qui Christum crucifixerunt, acceptum esse non potest Deo.

19) In quam rem paulo post haec habet: *Nec hoc tamen ideo dicimus, ut abstinentiae christianae frenam laxemus. — Est certe libertas Christiano per omne tempus ieiunandi, non observantiae superstitione, sed virtute continentiae. Nam quomodo apud eos castitas incorrupta servatur, nisi arctioribus continentiae fultis subsidiis? Quomodo scripturis operam dabunt? Quomodo*

B

profectum ²⁰⁾; similiterque etiam in his ieiuniorum quaedam necessitas admittitur, quae a praesenti corporis nostri conditione oriatur, in altera autem vita non amplius locum sit habitura ²¹⁾. Multo contra certius inter huius sententiae patronos referri poterit *Athanasius*, qui quippe ieiunia, propter commoda ex iis percipienda, eaque ad virtutis potissimum adiuventum spectantia ²²⁾, saepissime a Christianis voluit frequen-

modo scientiae et sapientiae studebunt? Nonne per continentiam ventris et gurguris? Quomodo quis se ipsum castrat propter regnum caelorum, nisi ciborum affluentiam refecerit, nisi abstinentia utatur ministra? Haec ergo Christianis ieiunandi ratio est.

20) Nam et hanc iustam adhuc ieiunii causam agnoscit, dum verbis modo allatis haec statim subiungit: Sed est et alia adhuc religiosa, cuius laus quorundam Apostolorum literis praedicatur. Invenimus enim in quodam libello ab Apostolis dictum: Beatus est, qui etiam ieiunat pro eo, ut alat pauperem. Huius ieiunium valde acceptum est apud Deum et revera digne satis. Imitatur enim illum, qui animam suam posuit pro fratribus suis.

21) In *Hom. IX. §. 7. Opp. To. II pag. 299* quem locum nos supra iam *Comment. XVII. pag. IX. nor. 24.* exhibere meminimus, ubi Quae necessaria quidem, inquit, sunt ad custodiam eorum, quae servantur intrinsicam frangenda, quandoque tamen et sine dubio dissolvenda sunt. Ut si verbi gratia diamus, abstinentia ciborum et castigatio corporis, donec sumus in corpore isto

corruptibili et passibili, sine dubio necessaria est. Cum autem confractum fuerit ac resolutum, et resurrectionis tempore in orribile ex corruptibili redditum, atque ex animali spirituale: non iam labore afflictionis, nec abstinentiae castigatione, sed qualitate, nulla iam corpori corruptela dominabitur. Sic ergo et nunc necessaria abstinentiae ratio videtur, et postmodum non quaerenda.

22) Quae in *tract. de virgin. To. I. Opp. pag. 1047* his verbis complexus est: ὁρῶς τί ποιεῖ ἡ νηστεία, καὶ νόσος διαπραύσει, καὶ ψεῦματα σαρκιακά ἐξηραίνεαι, καὶ δαίμονας ἐκβάλλει, καὶ λογισμῶς πονηρῶς ἀποδιώκει καὶ τὸν νοῦν λαμπρότερον ποιεῖ, καὶ καρδίαν καθαράν, καὶ σῶμα ἡγιασμένον, καὶ τῷ θρόνῳ τῆς Θεοῦ παρίσχει τὸν ἀνθρῶπον, et quae plura deinde in huius rei confirmationem addit. Alio vero in loco *Exhort. ad Monach. T. II. pag. 620.* postquam haec primum scripserat: Ieiuniorum quoque non sit volentibus certa mensura, sed in quantum possibilitas valet, nisi laborantis extensa, quae praeter dominicam semper sint solennia, si votiva sint; eorum post utilitatem pluribus exemplis ex historia sacra petitis studet confirmare.

quentari²³), ita tamen, ut nisi virtutis simul studium iis fuerit adiunctum, omni ea utilitate destitui defenderet²⁴). Simili vero modo *Gregorium* etiam *Nazianz.* haud exiguum ieiuniis pretium tribuisse, inde cognoscitur, quod cum de semet ipse tradit²⁵), se, ex quo Christianus factus sit, non teneri ventris voluptatibus, neque saturitate, petulantiae matre, tum de virgine quadam christiana, Iustina, quam Cyprianus amoribus olim suis petierat, narrat²⁶), eam ieiunii potissimum pharmacum ipsi obiectisse. Multo tamen adhuc apertiolem ieiuniorum fautorem se gessit *Basiliius M.* id quod abunde iam intelligi poterit ex duabus, quae inter Opera eius extant, de ieiunio

B 2

homi.

23) *L. L. tract. de virgin.* in quo paulo, ante verba *sup. nor.* allata haec habet: ὁ δὲ χριστὸς ἕδεν τῶτων κηρύξει παρά σοῦ, εἰ μὴ μόνον καρδίαν καθαράν, καὶ σῶμα ἀμόλυντον· ὑποκισσόμενον ὑπὸ νηστείας. εἰ δὲ ἐρχονται τίνας καὶ λέγωσι σοι, ὅτι μὴ νήστευε πύγμα· εἰ δὲ μὴ γε ἀσθενεστέρᾳ γενήσῃ, ἢ πιστεύσεις αὐτοῖς, ἕδ' ἢ μὴ ὑπακούῃς αὐτῶν, ὁ γὰρ ἐχθρὸς αὐτῶς ὑποβάλλει.

24) In quam rem in eod. loc. *tract. de virgin.* haec subiungit p. 1048. καὶ μὴ νομίσεις, Ἀγαπήτῃ, ὅτι ἕτοις ἀπλῶς ἐστὶν ἡ νηστεία. ἢ γὰρ ὁ νηστεύων ἀπὸ βρωμάτων, μόνος ἐκείνος κατέρχεται, ἀλλ' ὁ ἀπερχόμενος ἀπὸ παντὸς ποιῆν πράγματος, τῆτι λογίζεται ἡ νηστεία. εἰ γὰρ νηστεύῃς, καὶ μὴ τρυφῆς τὸ τῶμα σὺ, λαλήσαι λόγον ποιητῶν, ἢ ὀχυροχολίαν, ἢ ψευδοῦς, ἢ ἐπιτομίαν, ἢ κατὰ λαλήσῃς κατὰ τὸ πλησίον σοῦ, εἰ δὲ ταῦτα ἐξέλιθῃ ἐκ τῆς σῶματός τῃ νηστεύοντες, ἕδεν ἀφέλιγθεν· ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸν κόπον αὐτῷ ἀπόλεσε· κ. λ.

25) In *Orat. in laud. S. Cyprian.* *To. I. Opp. pag. 275.* ἐγὼ γὰρ inquit, τᾶλλα μὲν ὁμολογῶ παντὸς εἶναι καθέστερος καὶ πάντα πόθον ἀπεισάμην, ἀφ' ἧς κριστὸς συνετάξαίμην, καὶ ἕδεν αἶψα με τῶν ὅσα τερπνὰ τοῖς ἄλλοις καὶ περισπώματα· ὁ δὲ πῦτος ὁ κάτω στροβόμενος καὶ περιτρεπόμενος, ἢ γὰρ τρὸς ἡδονὰς, καὶ κόρος, πατῆς ὑβρείας, ἢ ἐδῆς μαλακῆς τε καὶ περιφρέας, κ. τ. λ.

26) *Ibid. pag. 279* ubi postquam plura alia, narraverat, quae ista virgo ad virtutem suam tuendam fecerit atque instituerit, haec deinde addit: ταῦτα καὶ πλεῖν τῶτων ἐπιφημιζύσσα, καὶ τὴν παρθένον Μαρίαν ἱκετεύουσα βοηθήσαι παρθένου κινδυνεύσῃ, τὸ τῆς νηστείας καὶ χαρμενίας προβαλλεται φαρμάκων. οὐκ μὲν τὸ κάλλος μαραινέσα, ὡς ἐπίβηλον· ἵνα ἐποσπᾶται τὸ φλογὸς τὴν ὑλὴν, καὶ δαπανῆται τὸ τῶν παθῶν ὑπέκκαυμα, οὐκ δὲ τὸν Θεὸν ἰλεμμένη διὰ τῆς ταπεινώσεως. ἕδεν γὰρ ἦτο τῶν πάντων ὡς κακοπαθεῖα θεραπεύεται Θεός, καὶ δάκρυα τὸ φιλόανθρωπον ἀντιδίδεται.

homiliis ²⁷⁾, in quibus quippe non modo permulta commoda in corpus ²⁸⁾ et animum ²⁹⁾ hominis, eiusque nominatim virtutem ³⁰⁾ ac vitam universam ³¹⁾ remque etiam familiarem ³²⁾, omninoque salutem cum singulorum ³³⁾, tum populi etiam universi,

27) Quarum tamen posteriorem vere ab illo profectam esse, propter prioris, quam haud obscure prodat, aemulationem quandam, olim iam dubitavit Erasmus, post hunc vero, hoc ipso potissimum argumento ductus, apertius negavit Garnerius in *Praefat. Opp. To. II. praemissae* §. 1. adstipulante iis nuper etiam Schroeckhio in *Christl. Kirchengesch. Vol. XIII. pag. 192.* licet nobis utramque homiliam diligenter invicem comparantibus nondum potuerit de huius suspicionis auctoritate persuaderi, praesertim cum ea nullo plane historico argumento muniat, sed ex historiae fide uterque liber, ipso Garnerio fatente, pro opere sat antiquo sit habendus.

28) Cfr. *Hom. I. §. 8. et 9. To. II. pag. 6. sq. et II. §. 6. pag. 14.*

29) In quam rem in *Hom. I. prima* statim §. pag. 2. κῆρος μὲν γὰρ, inquit, εἰς γαστέρα τὴν χεῖρ ἵησι· νηστεία δὲ πρὸς ψυχὴν ἀναβιβάζει τὸ κέρας, idque mox hac similitudine illustrat: ὡσπερ γὰρ εἰ ἐν τοῖς ἐγκατοῖς τῶν παιδῶν ζωογονοῦμενοι σκώληκες φαρμάκοις τισι δριμυτάτοις ἐξαφανίζονται, ὕτως ἀμαρτίαν ὑποκινῶσαν τῷ βῆλαί, ἀναποκτείνει τῇ ψυχῇ ἐπιεικελῶσα νηστεία, ἥγε ὡς ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ταύτης ἀξία.

30) Quo pertinet v. c. id, quod eiusdem *hom. I. §. 6. pag. 5.* postquam ieiunium ἀθληταῖς γυμνάσιον esse dixerat, his verbis tradit: τὸτο πειρασμῶς ἀποκρίεται· τὸτο ἀλείφει πρὸς εὐσέβειαν, νήψεως σύναικος, σωφροσύνης δημιουργός.

31) Qua de re haec statim subiicit verbis allatis: ἐν πολλοῖς ἀνδραγαθεῖ, ἐν εἰρήνῃ ἡσυχίαν διδάσκει, atque *hom. II. §. 7. pag. 15.* in eandem rem haec tradit: παντὶ ἐπιτηδεύματι καὶ πάσῃ σώματος ἔξει τὸ παρ' αὐτῆς ὄφελιμον ἀπαντῆ καὶ πᾶσιν ὁμοίως ἐπιτρέπει, τοῖς οἰκίαις, ταῖς ἀγοραῖς, ταῖς νυξί, ταῖς ἡμέραις, ταῖς πόλεσι, ταῖς ἐρημίαις.

32) Cfrantur quae eam in rem differit *hom. I. §. 7. et 8. pag. 6.*

33) Quod per singulas saepe hominum classes eundo docet, v. c. *hom. I. §. 6. pag. 5.* νηστεία, inquit, προφίτας γεννᾷ, δυνατὸς βῆνυσσι. νηστεία νομοθέτας σοφίζει, τὸν Ναζαρηῶν ἀγιάζει, τὸν ἱερεῖα τελειοῖ κ. λ. itemque §. 7. p. 6. ubi νηστεία, inquit, ἀγαθῇ συνέμπορος ὀδοιποροῖς, ἀσφαλὴς δὲ σκῆκος τοῖς συνοίκιαι· ἔχ ὑπωπτεύει γάμων ἐπιβλήν ὁ ἀνὴρ, νηστείας ὄρων τὴν γυναῖκα συζῶσαν. ἢ τίηκεται ζηλοτυπίας γυνή, τὸν ἀνδρα βλέψουσα νηστείαν καταδεχόμενον.

verſi³⁴), ex iis redundantia enarrat, ſed praemiorum etiam propter illa cum nunc, tum olim reportandorum mentionem ſubinde iniicit³⁵), eaque cuiusvis aetatis, ſexus atque conditionis hominibus dicit convenire³⁶), ideoque ea ab omnibus etiam publice privatimque vult ſuſtineri³⁷), ita quidem, ut excuſationibus quoque, quibus multi iis ſe ſubtrahere ſoleant, occurrere ſtudeat³⁸), ſimul tamen et hoc identidem inculcat, ea ſemper cum peccatorum abſtinentia, in qua et ipſe verum de-

34) In quibus commodis enarrandis in poſteriori potiffimum *hom. ſ. 5. pag. 13.* verſatur, conſulto doctus δημοσία πῶς τῶ βίῳ ἡμῶν ἐμπολιτεύεται ἢ νηστεία.

35) Quo, quod ad huius vitae praemia attinet, pertinere videtur id, quod *hom. I. ſ. 7. pag. 6.* his verbis tradit: νηστεία προσηχὴν εἰς ἕρανδον ἀγαπᾷται, οἷον πτερόν αὐτῇ ἡνωμένη πρὸς τὴν ἄνω πορείαν, itemque *hom. II. ſ. 2. pag. 11.* ubi ἔτε γὰρ, inquit, ἐλήρεια δαμόνων κατατολιμᾷ τῆ νηστεύοντος, καὶ οὐ φύλακος τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀγγελοὶ φιλοπονώτερον παραμένει τοῖς διὰ νηστείας τὴν ψυχὴν κενεθαρμένοις. De futurae autem vitae praemiis aperte intelligendum eſt, quod et ipſam legitur in eiusdem *hom. II. ſ. 3. pag. 12.* his verbis perſcriptum: ὀφείλωμεν τῆς σαρκὸς τὴν εὐπάθειαν, αὐξήσωμεν δὲ τῶν ψυχῶν τὴν ἰσχύν, ἵνα διὰ τῆς νηστείας κατὰ τῶν παθῶν λαβόντες τὰ νικητήρια, τὰς τῆς ἐμμεταίας τεφάνους ἀναδησώμεθα: eodemque ſpectat etiam primae homiliae epilógus, pag. 10.

36) In quam rem haec habet *hom. I. ſ. 7. pag. 6.* νηστεία — νεότητος παιδαγωγός, νόστος πρεσβυταῖς, ἀγαθὴ

συνήκορος ὀδοπόρος, κ. σ. itemque *hom. II. ſ. 5. pag. 13.* νηστεία φυλάσσει νήπια, σαφρονίζει τὸν νέον, σεμνὸν ποιεῖ τὸν πρεσβύτην: αἰδεσιμωτέρα γὰρ πολλὰ νηστεία κεκοσμημένη. ἡνωμένη κόσμος ἀρμολογία, ἀκμαζόντων χαλιός, συζυγίας φυλακτήριον, καρθηνίας τροφός: hincque etiam poſt *ſ. 7.* omnis conditionis hominibus ieiunium commendat.

37) Quamquam enim in utraque homilia proxime quidem de publicis et communibus ieiuniis fermo eſt, tamen et privatorum ſimul rationem ab auctore habitam fuiſſe, ex *hom. II. ſ. 2.* initio cognofcitur, ubi ἔτι μὲν ἔν, inquit, πάντα τὸν χρόνον ἢ νηστεία ἀφελίμος τοῖς αἰρημένοις αὐτῆν — πολλῶ δὲ πλεον ἰδὺν, ὅτε εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμενὴν περιεγγέλλεται τὰ κήρυγμα, itemque ex *ſ. 5.* ubi poſt verba *ſuper. 1107.* allata haec ſubiiciuntur: τοιαῦτα μὲν αἰ καὶ ἑκατον οἶον αὐτῆς ἐπιμέλαια.

38) Cuius rei documento v. c. eſt *hom. I. ſ. 4.* in qua tota occurrit excuſationi ab infirma corporis valetudine et debilitate peti ſolita.

demum Deoque acceptum ieiunium ineffe defendit³⁹⁾, debere coniungi, atque praeterea et hoc in iis caveri, ut ne maiori ante ipsorum initium ebriositati vel voracitati indulgendi occasio ex iis arripiatur⁴⁰⁾, aut ulla in iis offensatio admittatur⁴¹⁾: neque tamen his similia in aliis etiam scriptis eius⁴²⁾ genui-

39) *Hom. I. §. 10.* et *II. §. 7.* in quo posteriori loco ἡ μὲν τοι, inquit pag. 15. ἐξαικεῖ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἀποχή τῶν βρωμάτων πρὸς τὴν ἐπαινετὴν νηστείαν. ἀλλὰ νηστεύσασιν νηστῶν δεκτὴν, εὐαρεστὸν τῷ θεῷ, ἀληθῆς νηστία ἢ τῆ κακῆ ἀλλοτριώσεως, ἐγκρατεία γλώσσης, θυμῆ ἀποχή, ἐπιθυμιῶν χαρισμός, καταλαλιᾶς, ψεύδους, ἐπιτορίας.

40) Quod et ipsum in utraque homilia fecisse reprehenditur *I. §. 10. pag. 9 sq.* et *II. §. 4. pag. 12.*

41) Contra quam disputat in primis *hom. I. §. 2. νηστίας, αἰεὶς, δημοσιευομένης κέρδος ἐδὲν* similiterque in poster. etiam *hom. §. 3. pag. 12.* haec habet: μέλλων τοίνυν νηστεύειν μὴ σινδροπάσης ἰσθαϊκῶς, ἀλλ' εὐαγγελικῶς σεαυτὸν καταφαιδρῶσον· μὴ πενθῶν τῷ γαστρὸς τὴν ἔνδειαν, ἀλλὰ συνδόμενος τῇ ψυχῇ τῶν πνευματικῶν ἀπολαύσων. In huius tamen nimiae austeritatis fugiendae commendatione eum non semper sibi confutisse, aut saltem non admodum severum vel morosum fuisse, cum ex iis perspicitur, quae in *Regul. brev. tract. interrog. 223. To. II. pag. 489.* tradit, ubi hanc quaestionem movet, quidnam faciendum sit ei, qui licet ob aliquam rationem Deo probatam voluerit ex mandato Domini *Matth. VI. 17.* ieiunare sic, ut non spectetur ab hominibus, tamen vel invitum con-

spiciatur ab aliis, ad eamque ita respondet, ut dicat, hoc praeceptum ad eos tantum pertinere, qui hac una de causa ieiunium operam dent, ut hominum oculis in se convertant, iisque placeant, neutiquam vero ad eos, qui divino mandato in ieiuniis sibi imponendis obtemperare studeant, deque iis haec subiicit: ἔτι γε ἡ ἐντολὴ τῆ κυρίας εἰς δόξαν θεῷ γενομένη, κατὰ φύσιν ἀνεπιτηδεύσις ἔχει πρὸς τὸ κρύπτεσθαι παρὰ τοῖς φιλοθέοις, ὁ κύριος ἐδήλωσεν εἰπὼν· ἔδύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάγω ὄρεος κειμένη· ἐδὲ κἀνταὶ λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τῶν μόδιον κ. λ. tum vero apertius etiam docet locus in *epist. II. ad Gregor.* ubi *To. III. pag. 74.* haec scribit: ἔπειτα δὲ τῷ ταπεινῷ καὶ καταβεβλημένῳ φρονήματι ὄμμα συνῶν καὶ εἰς γῆν συννευκῶς· σχῆμα ἡμελημένον· κόμη αὐχμηρὰ· ἐδύναται ἰσθαϊκῶς· ὡς αὖ ποῖσαι οἱ πενθῶντες κατ' ἐπιτύθεισιν, ταῦτα ἐκ τῆ αὐτοματῆ ἡμῶν ἐπιφαινεσθαι, quo loco non immerito offensus est Io. Barbeyracius in *Traité de la morale des pères de Peglise, cap. XI. §. 20. p. 165 sq.*

42) In primis vero huius generis plura occurrunt in *Regul. brev. tract. in quarum interrog. 130.* quaerit πὸς κρή νηστεύειν, ὅταν χρεῖα γενήται νηστίας πρὸς τι τῶν εἰς θεοσέβειαν ἐπιζητούμενων· ὡς ἀναγκαζόμενον ἢ μετὰ προθυμίας,

geniunis⁴³⁾ desiderantur. Ad eundem plane modum ipfius etiam frater, *Gregorius Nyff.* et ipfe quidem ieiunium pro virtutis fundamento habuit⁴⁴⁾, id tamen ita femper moderari voluit, ut ne nimia continentia, qua corporis vires debilitentur atque frangantur, in iis locum habeat⁴⁵⁾, atque praeterea et hoc ftudiofe admonuit, nifi peccati fuga virtutisque ftudium ei accefferint, omni id commodo carere⁴⁶⁾. Neque alia funt, quae de iisdem docuit *Chryfoftomus*. Is enim quanquam et ipfe ieiuniis non minus, quam ifti, favit⁴⁷⁾, magnumque hominis ornamentum atque praefidium in iis agnovit⁴⁸⁾, omnem tamen

μίαν, et, ut facile poterat expectari, lententiam quidem in pofterius pronuntiat, addit tamen τὸ δὲ νηστεύειν ἐν καιρῷ χρείας τῆς αὐτῆς ἀναγκαῖον. Neque tamen hoc ieiunandi ftudium eo usque progredi debere, ut quis ad omnem laborem perficiendum ob debilitatem inde ortam ineptus reddatur, monet *interr. 139. pag. 462.* καὶ τὴν νηστείαν, inquiens, καὶ τὸ φάγειν μετὰ λόγῳ τῆς οἰκείας τῆς θεοσεβείας παραλαμβάνεσθαι χρὴ· ἵνα ὅταν μὲν ἐντολὴν θεῶν διὰ νηστείας καταβῶσθαι εἴοι, νηστεύσωμεν· ὅταν δὲ πάλιν ἡ ἐντολὴ τῆς θεῶν βρωσάν ἐπιβῆται ἐνδομῆσαν τὸ σῶμα, φραγῶμεν ἕως γαστρίμαρξοι, ἀλλ' ὡς ἐργάται θεῶν.

43) Etenim horum tantum nunc unice rationem habendam esse existimavimus, missis iis, quae vel dubiae sunt fidei, vel aperte spuria et in editionis Garner. appendices omnia coniecta, licet nec in his alia deprehenderimus, quam quae in istis tradi docuimus.

44) Quod diferte de eo praedicat in *Orat. I. de paup. amand. Opp. To. II. pag. 139.*

45) Qua de re consulto differit in libr. *de virgin. cap. XXII. To. III. pag. 170.*

46) Quod sibi inprimis demonstrandum fuit in illa ipsa, quam modo excitavimus, *Orat. I. de paup. amand.* quae tota fere huic consilio est destinata, ut illud ieiunii et abstinentiae genus, quod, quae sunt ipsa verba eius latine tantum servata, a corpore et materia sciunctorum est, cumque animam duntaxat respiciat, ea re perficitur, ut a vitiiis temperemus, et cuius ieiunii gratia etiam illud indicium sit, ut a cibis abstinemus, pluribus explicetur.

47) Quod in *Hom. X. in Cap. I. Genes. Tom. II. Opp. pag. 79. edit. Fr. Duc.* ipse de se professus est his verbis: καὶ ταῦτα λέγω ἔ τὸν τόνον τῆς νηστείας ἐκλύων, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καὶ σφοδρὰ ἐπαινῶν καὶ ἀποδεχόμενος τῆς νηστεύοντας.

48) Quo nomine ipse ieiunium praedicat statim ab initio *Hom. IV. de*

tamen eorum usum non nisi ad virtutem hominis iuvandam valere, hocque uno consilio ea a Deo hominibus iniuncta esse defendit ⁴⁹⁾, hincque etiam, si ad hunc usum non convertantur, nec virtutis studio iungantur, non modo omnem eorum honorem ⁵⁰⁾, sed utilitatem ⁵¹⁾ quoque perire, imo gravius adeo damnum iis contrahi ⁵²⁾ statuit, contra vero si cum illo nexa fuerint, non modo multa ex iis in corpus et animum hominis

de ieiun. et temper. To. VI. pag. 592. βυλεῖ, inquit, μαθεῖν ὅσος κόσμος ἀνθρώποις ἡ νηστεία; ὅση ἀσφάλεια καὶ φυλακὴ; ἐνόησον μοι τὸ μακάριον καὶ θευμάτων γένος τῶν νομαζόντων.

49) In quam rem haec habet I. I.

διὰ γὰρ τῆτο τὴν ἀποχὴν τῶν βρωμάτων κελύει γίνεσθαι ὁ Θεός, ἵνα χαλινῶντες τὰ κινήματα τῆς σαρκὸς εὐνοῦσιν αὐτὴν ἀπεργαζώμεθα, πρὸς τὴν τῶν ἐντολῶν ἐκπλήρωσιν, et paulo post haec subiicit: ἡδὲ γὰρ τὴν ἀποχὴν τῶν βρωμάτων καὶ τὴν νηστείαν ἀπλῶς ἀκριτεῖ παρ' ἡμῶν γίνεσθαι, ἡδὲ διὰ τῆτο, ἵνα ἄστικοι διαμένωμεν μόνον, ἀλλ' ἵνα ἀφισπῶντες ἑαυτὸς ἀπὸ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, πᾶσαν τὴν σχολὴν ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἀνακλισκώμεν ὥς εἰ μετὰ ἠφύσεως διανοίας τὴν ἑαυτῶν βίαν φιλονομήμεν, καὶ περὶ τὰ πνευματικὰ πᾶσαν τὴν σπουδὴν ἐπιδεικνύμεθα, καὶ τῇ τρυφῇ ἦτο προσέμεν, ὡς τὴν χρείαν μόνον πληρῆν καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς πράξεσιν ἅπαντα τὸν βίον καταναλίσκεν, ἡδὲ χρεῖα ἦν ἡμῶν τῆς βοηθείας τῆς ἀπὸ τῆς νηστείας. Eadem dixerat iam Hom. X. in Cap. I. Genes. To. II. pag. 79. hincque etiam Serm. XXXVII. de resurr. Christ. To. V. pag. 468. παρῆλθεν, inquit, ἡ νηστεία ἡ σαρκική· ἀλλ' εἰ πορῆλθεν ἡ νηστεία ἡ πνευματική· αὕτη βελτίων ἰκείνης, κἀκείνη διὰ ταύτην ἐγένετο.

50) De quo Hom. III. ad popul. Antioch. To. I. pag. 45. hunc in mo-

dum disputat: ταῦτα εἶπον, ἔχ' ἵνα νηστεῖαν ἀτιμάζωμεν. ἀλλ' ἵνα νηστεῖαν τιμῶμεν. τιμὴ γὰρ νηστείας, ἔχ' ἰστίων ἀποχῆ, ἀλλ' ἀμορτημάτων ἀναχώρησις. ὡς ὅτε τῇ τῶν βρωμάτων ἀποχῇ μόνον δεῖξωσιν τὴν νηστεῖαν, ἔτο; ἐστὶν ὁ μάλιστα ἀτιμάζων αὐτὴν. κ. λ.

51) Qua de re in eadem Hom. III. ad popul. Antioch. pag. 44. pluribus disputat, itemque in Hom. XVI. ubi pag. 188. ἡδὲν, inquit, ὄφελος τῆς νηστείας ἡμῶν ἀν' ἀπεργαζώμεν αὐτὸ ἀπλῶς, εἰ καὶ μάτην, ἀν' τὴν τῶν βρωμάτων νηστεύομεν νηστεῖαν, παρελθούτων τῶν τσσαράκοντος ἡμερῶν παρερχεται καὶ ἡ νηστεία. ἐὰν δὲ ἀμορτημάτων ἀπεργαζώμεθα, καὶ τῆς νηστείας παρελθούσης ταύτης; ἐκείνη πάλιν μένει, καὶ διηνεκῆς ἔσται ἐντευθεν ἡμῶν ἡ ὠφέλεια, καὶ πρὸ τῆς βασιλείας τῶν ἑραῶν οὐ μικρὰς ἡμῶν ἐνταῦθα ἀποδοῦσιν τὰς αμοιβὰς.

52) Quod Hom. IX. in Cap. I. Gen. To. II. pag. 93. his verbis monet: εἰ γὰρ μὴ μέλλομεν τι κερδαίνειν ἐκ τῆς ἐνταῦθα συνεχῆς ἐλεύσεως τε καὶ περισσεύσεως, καὶ ἀπὸ τῆς νηστείας καρπὸς προσφέρειν τι τῶν χρησίων εἰς τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν, ταῦτα ἢ μόνον ἡμᾶς ἡδὲν ὠφελήσει, ἀλλὰ καὶ μείζονος ἡμῶν κατακρίσεως ἀφορμὴ γενήσεται, ὅταν, τσαυτῆς ἐπιμελείας ἀπολαύοντες, οἱ αὐτοὶ διαμεινώμεν, κ. λ. quibus simillima leguntur etiam in Hom. IV. de ieiun. et temper. To. VI. pag. 592.

nis commoda ⁵³) proficisci, sed ad ipsum etiam coelum viam per illa parari ⁵⁴) sibi persuasit, ideoque etiam suos saepe fructum illorum quaerere ⁵⁵) admonuit. Inprimis vero cum precibus et elemosynis ea coniuncta esse ⁵⁶) voluit, quippe cum ipsi per utrasque utilitas eorum multum videretur adiuvari ⁵⁷). Licet vero illorum usum omnibus aetatibus conuenire iudicaret ⁵⁸), eum tamen non nisi ad perfectiores pertinere

53) De quibus in *Hom. X. in Cap. I. Genes. To. II. pag. 81.* haec in uniuersum tradit: ἡ γὰρ νηστία τὸ μὲν σῶμα καταλείβει καὶ χαλινὸς τὰ ἄτακτα σκιρτήματα, τὴν δὲ ψυχὴν διαυγεστέραν ἐργάζεται καὶ πτεροῖ, καὶ μεταρσίον καὶ κήφην ποιεῖ. Tum vero de his commodis separatim etiam subinde exponit, hincque v. c. de commodis ad animum inde redundantibus in *Hom. LIII. de poenit. I. Tom. I. p. 578* haec habet: ἡ δὲ νηστία δαλευόντας ἡμᾶς καὶ δεδεμένους εὐρέσσει, ἀνίησι τῶν δεσμῶν, ἀπαλλάττει τῆς τυραννίδος, καὶ τρῶς τῆς ἐλευθερίου ἐπανάγει τὴν προτέραν κ. λ. similiterque sub finem illius *hom. pag. 584.* docet etiam, corporis fanitatem per ieiunia adiuuari.

54) Quo pertinent, quae in *Hom. III. ad popal. Antioch. pag. 44* monet, ἄψαι, inquit, τῆς ὀδοπορίας τῆς εἰς τὸν ἕρανν φερέσης, τῆς τετραήμενης καὶ τενης, ἄψαι καὶ ὀδευσων. πῶς δὲ δυνήσῃ καὶ ἄψασθαι καὶ ὀδεῦσαι ὀπωπιάζων σε τὸ σῶμα καὶ διαλαγαδῶν. ἔνθα γὰρ ὀδῶ φεροχώρα, μέγα κάλυμα ἢ ἐκ τῆς ἀσφαγίας πολυσαρκία, κ. λ.

55) Ut factum v. c. est *Hom. LVI. de poenit. VIII. T. I. p. 609 sq.* itemque *Hom. IV. de ieiun. et temper. To. VI. pag. 592*

56) Quod ad loca librorum f. *Matth. XVII, 2. Act. XIII, 5. 1 Cor.*

VII, 5. hisque similia provocans saepius postulasse deprehenditur, v. c. *Hom. XXX. in cap. XI. Genes. To. III. p. 336. Hom. in Ps. CXLV. To. III. pag. 720. Hom. de ieiun. et elemos. To. VI. pag. 531. itemque Hom. LVIII. in cap. XVII. Matth. To. I. Comment. in N. T. pag. 627.*

57) Qua de re in *Hom. in Ps. CXLV. To. III. pag. 720.* haec v. c. habet: ἀεὶ μὲν ἐν μεγάλῃ τῆς εὐχῆς ἢ δυνάμεις· τὸ δὲ μετὰ νηστίας εἶναι εὐχὴν, δυνατωτέραν ποιεῖ τὴν ψυχὴν· ὡς σωφροσύνη λογισμῶν, παρ' ἡμῶν πολλὴ ὡς διεγέρεται διάνοια, καὶ τὰ ἀνω περιβλέπει πάντα ἢ ψυχὴ κ. τ. ε. atque in *Hom. de ieiun. et elemos. l. I. μὴ τοῖνον,* inquit, ἀρχὴν τὴν νηστίαν ἐπίδεικυσσο· εἰ γὰρ ἀναβαίνει μόνι εἰς τὸν ἕρανν ἢ νηστία, εἴν μὴ ἔχη τὴν ἀδελφῶν αὐτῆς τὴν ἐλεημοσύνην. ξυνορις γὰρ αὐτῆς ἐστὶ, καὶ εἰ μόνον ἀδελφοτικῆς καὶ ξυνορις, ἀλλὰ ὄχημα· — πτερόν γὰρ ἐστὶ τῆς εὐχῆς ἢ ἐλεημοσύνη· εἰν ἔν μὴ ποιήσης πτερόν τῆ εὐχῆς, εἰ πέταται· ὅσαι δε πτερωδῆ ἢ ψυχὴ σῶ, ἵπταται εἰς τὸν ἕρανν.

58) Quod *Hom. II. in cap. I. Genes. To. II pag. 8.* his verbis significavit: νηστία γὰρ ἐστὶν ἡ γαλήνη τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ἢ τῶν γενηράτων ἐνοσμία, ἢ τῶν νέων παιδαγωγός, ἢ τῶν σωφρονετῶν διδάσκαλος, ἢ πᾶσαν ἡλικίαν καὶ φύσιν καθάπερ δαδῆματι τι κατακοσμεῖα.

nere⁵⁹⁾, neque singulis officii loco iniungi posse existimavit, ideoque et eos, qui propter corporis imbecillitatem ieiunare parum valeant, consiliis suis adiuvare⁶⁰⁾ studuit. Simili vero modo *Cyrellus* etiam *Alex.* et ipse quidem ieiunium cum precibus non modo⁶¹⁾ sed universae etiam virtutis studio, quod praeter caetera, quae ex illo oriuntur, commoda⁶²⁾, ipsum quoque per illud plurimum adiuvetur⁶³⁾, coniungendum, tum.

59) Quam sententiam suam in *Hom. XXXI. in Matth. Tom. I. Comment. in N. T. pag. 362.* de verbis Iesu *Matth. IX, 15* disputans in hunc modum exposuit: ὁ δὲ λέγει τοὺς ἔσθον ἐπιχαρᾶς ὁ παρῶν καιρὸς καὶ εὐφροσύνης μὴ τοῖσιν ἐπέλασγε τὰ σκυζωπὰ. καὶ γὰρ σκυζωπὸν ἢ νηστεία, ἢ τῆ φύσει ἄλλ' ἀκίητοις, τοῖς ἀσθενέτερον ἐπι διακειμένοις. ὡς τοῖς γε φιλοσοφεῖν ἰδέσθαι, καὶ σφόδρα ἡδὺ τὸ πρᾶγμα καὶ πωλεῖν.

60) Cuius generis consilia leguntur v. c. in *Hom. X in cap. I. Genes. To. II pag 80* ubi ἂν τίνων, inquit, ὡς οἱ τινες τῶν ἐνταῦθα συνιόντων ὑπὸ ἀσθενείας σωματικῆς καλυόμενοι, καὶ μὴ δυνάμενοι αἴτιοι διαμένειν, τῶτοις παραινῶ καὶ τὴν ἀσθενείαν τὴν σωματικὴν παραμυθεῖσθαι, καὶ τῆς διδακτικῆς ταύτης τῆς πνευματικῆς μὴ ἀποστερεῖν ἑαυτοὺς ἀλλὰ ταύτη μᾶλλον πλείονα τὴν σπουδὴν ἐπιδεικνύσθαι· εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν ὁδοὶ πολλαὶ μείζους τῆς ἀποχῆς τῶν βρωμάτων, αἱ δυνάμειναι τὰς θύρας ἡμῶν ἀνοίγειν τῆς καθήκοντος τῆς πρὸς τὸν Θεόν. ὁ τροφῆς τοῖσιν με ταλαμβαζάνων καὶ νηστεύειν μὴ δυνάμενος, δαψιλεστέρα τὴν ἐλεημοσύνην ἐπιδεικνύσθαι, εὐχὰς ἐκτενεῖς, τὴν προθυμίαν ἐπιτεταμένην ἐχέτω περὶ τὴν ἀκρόασιν τῶν θείων λόγων· ἐν ταῦτα ἰδὲν ἢ τῷ σώματος ἀσθενεία ἐμπόδιον ἡμῶν γίνεται, κ. λ. haecque eadem fere repetita etiam sunt in *Hom. IV. de ieiun. et semper. To. VI. pag. 592.*

61) Quod postulat v. c. *Hom.*

XVIII. de fest. pasch. Opp. To. V. P. II p. 240 sq. edit Aubert.

62) Ad quae pertinet v. c. hoc, quod damna, quae ex ferculorum luxurie oriuntur, caveat, quo quidem nomine ieiunia, argumento a contrario, ut ipse dicit, petito commendat *Hom. I. de fest. pasch. To. V. P. II. pag. 9 sq* itemque id, quod *ibid. pag. seq.* commemorat, quod peracto ieiunio maior sit voluptatis oblectatio, εἰς ἣν, inquit, τὸ νηστεύειν εἰς ἀκρίδες, ἵνα καιρὸν καλῆντος ἀπολαύσῃς ἡδύτερον. ἀγαπήσωμεν τοῖσιν τὴν νηστείαν, ὡς πλυτὸς ἀγαθὸν καὶ πάσης εὐθυμίας μητέρα.

63) Quod in eadem *Hom. I. de fest. pasch. pag. 8.* his verbis tradit: ἔχθι νηστεία πάσης ἡμῶν ἀρετῆς ἰδέαν ἀποτικτῶσα; νηστεία τῆς λαογελίας πολιτείας τὸ μίμημα, εὐφροσύνης πηγὴ, ἐγκρατείας ἀρχή, λαγνείας ἀναίρεσις. Quomodo autem virtus per ieiunium adiuvetur, docet *Hom. VII. pag. 82.* ubi, postquam simillima de eius ad virtutem vi praedicaverat, haec deinde addit: μάχεται μὲν γὰρ τοῖς ἐκτόποις τῷ νῦ κινήσασιν ἀνοίρει δὲ τὸν ἐν τοῖς μέλεσι τοῖς σαρκὸς ἀγριαίνοντα νόμον· καὶ τὸν ὄχλον τῶν ἐν ἡμῶν ἀντιπάστων (ἀντιπασσόντων) ἡδονῶν κατευνάξῃσιν· μονονηχὶ μέγα τι καὶ διαπύσιον ἀναβοῶσά φησι· παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν θυσίαν ζώσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν.

tumque demum in vero ieiunio habendum esse defendit ⁶⁴), at tamen de vi eius et pretio, quod tum habeat, paulo honorificentius caeteris iudicavit ⁶⁵). Denique *Theodoretus* ⁶⁶) etiam inter

64) In quam rem plura disputat in *Comment. ad loel.* locum huius prophetae cap. 1, 14. explicans, *To. III. pag. 83 sq.* itemque in *Hom. IX. de fest. pasch.* pag. 129. atque *Hom. XXII. Tom. V. P. II. pag. 271.*

65) Quod docet certe locus *Comment. in loel. To. III. pag. 219.* ubi de vi eius, quam ad placandum Deum habeat, haec tradit: πλὴν ἐκεῖνο περιεργασθῆναι ἀναγκασθῆναι, ὅση τις ἐστὶ τῆς νηστείας ἢ δουλείας. ἑξήμεροὶ τὸν δεσποτὴν, κατευναζέει τὴν ἀργὴν, ἀνατρέπει τὴν κόλασιν. ἑαυτὸς γὰρ αἰνιζόμενος μονοῦχι ἀγριαίνοντα, καὶ λευπητῆ-κότα τὸν θεῖον καὶ ἡμῶν εὐ μάλα ἴσως τοῦ μὲν θυμὸν, καὶ τὴν χεῖρα τῆ καταπαίνοντος εὐκόλως συλλογισμῶν εἰ γὰρ ἐστὶ ἀλλῆδε, ὅτι καὶ μόνον οὐλογοῦντες τὰς ἀμαρτίας κατοικτεῖροτο. Θεὸς δικαιοσύνην τῶς ἀν ἔνδοξασει τις ὅτι τοῖς ἐξ ἀσκήσεως πόνοις ἑαυτῆς κατοικηθῶντες, καὶ οἷον ἀπῆντες δικας παραθεῖν τῶν ἡμαρτημένων κερδανήμεν τὴν ἄφεσιν; Minus offendit quod *Hom. XX. de fest. pasch. To. V. P. II. pag. 263.* νηστεῖαν in universum appellat τῆς ἀνωθεν εὐμενείας πρόθετον, huiusque benevolentiae divinae *Hom. XVIII. p. 240.* hoc nominatum documentum praedicat, quod Deus in satis nostris per hanc vitam moderandis benignum se praebet.

66) Quod confirmatur loco in ipsius *Comment. in loel. To. II. Opp. p. 128b.* edit. Hal ubi de notissimo illo huius prophetae loco cap. I, 14. differens, διδασκόμεθα δὲ, inquit, σαφῶς ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς ἡ νηστεία τῶν κακῶς τὰς ψυχὰς διακειμένων ἀλεξίκονον γίνεται φάρμακον, θε-

γαπῆναι τὰ τῆς ἀμαρτίας πάθῃ δυνάμενον. διὸ καὶ τῆ νηστεία τὴν θεραπεῖαν προσέτεθει-μεν. ἀγιάστετε γὰρ ψῆσι νηστείας, κυριζατε θε-ραπειαν. Neque tamen absolutam eum ieiunii necessitatem admisisse, ex iudicio eius cognoscitur, quod de Marciani, ascetarum celeberrimi, in cibis sumendis versandi ratione in *hisor. relig. cap. III.* tulisse legitur. Etenim non modo absque alla reprehensione nota refert *To. III. pag. 137 sq.* Marcianum istum hunc morem tenuisse, ut nullo quidem die cibo prorsus abstineret, sed quovis potius die aliquo uteretur, eo tamen tam parco, ut nunquam satiaretur, hocque ieiunium eum multo aptius iudicasse illo, quod per plures dies continueretur, sed et post, cum narasset, Avitum quendam, et ipsum monachum eumque durissimo vitae generi assuetum, atque in ieiuniis sustinentis maxime exercitatum, hanc eius vivendi rationem magnopere miratum esse, tulisseque ab eo hoc responsum, sibi quidem quanquam ieiunium pluris faciat, quam cibum, caritatem tamen ieiunio praestantiorum videri, cum illa quidem divinae legis opus sit, hoc vero nostrae potestatis, hoc iudicium subiicit *p. 1175.* τίς τοῖνον ἐκ ἐν θουμάσει τοῦδε τῆ ἀνθρώπου τὴν σοφίαν, ὅφ' ἡ κυβερνώμενος ἦδει μὲν νηστείας, ἦδει δὲ φιλοσόφικῆς καὶ φιλαδελφικῆς κηρῶν. ἦδει δὲ καὶ τῶν τῆς ἀρετῆς μερίων τὸ διάφορον, καὶ ποῖον ποῖον προσήκει παραχωρεῖν, καὶ τίνα κατὰ κηρὸν διδόναι τὰ νικητήρια.

inter illos fuisse deprehenditur, qui in ieiuniis virtutis aliquam disciplinam agnoscerent sic, ut per ea quemque peccatis et vitiis suis optime mederi posse sibi persuaderent; haecque adeo, ut iam ex iis, quae hucusque a nobis sunt exposita, sponte cognoscitur, constans fuit omnium fere graecae quidem ecclesiae doctorum persuasio.

Neque vero aliam tenere latinae ecclesiae doctores. Id tamen ut simili nunc modo demonstremus, angusti huius libelli limites non amplius permittunt. Praeterea vero ipsum etiam illius consilium nos iam ab eiusmodi argumento avocatur, quod solemnibus, quae nobis nunc sunt indicenda, tam parum convenit. Neque enim haec ieiunia aut aliam tristitiae significationem postulant, sed ad summam potius laetitiam nos provocant, quippe cum natalium Domini nostri Iesu Christi memoriae renovandae sint consecrata. Ex huius enim adventu cum plurima et maxima humano generi beneficia sint enata, non potest profecto non illius recordatio in cuiusque, qui bene hominibus cupit, animo laetissimos semper sensus excitare. Tales igitur et Vos, *Carissimi Commilitones*, per illos, qui instant, dies festos vobiscum alite, eosque ad illa etiam sacra afferte, ad quae Vos nunc invitamus, quaeque crastino die h. XII. in aede D. Nicolai academiae nostrae auctoritate ad hanc ipsam natalium illorum memoriam celebrandam pro more instituentur. Neque tamen in eiusmodi sensibus alendis deerit Vobis is, qui Oratoris inter haec sacra partes sustinebit, GOTTHILF GVSTAVVS GVNDEL, ex oppido, quod a Iohanne Georgio nomen nactum est, oriundus, optimaque spei juvenis, demonstraturus quippe, *adventum Iesu Christi in dispari, quae illo nascente inter homines locum habuit, animi et mentis cultura exoptatissimum fuisse.* Cui Oratori ut et Vos, *CELISSIMI PRINCIPES, COMITES ILLUSTRISSIMI, PROCERES VTRIVSQUE REIPUBLICAE GRAVISSIMI, benevoli atque frequentes velitis adesse, observantissime Vos rogamus.*

P. P. Domin. IV. Adv. Chr. A. R. S. c1010ccccxv.

Jf 788

TA-OC

ULB Halle


007 412 312


3



h. t.







B.I.G.

Farbkarte #13

LECTOR
TATIS LIPSIENSIS
TALEM
IESV CHRISTI

CECEMBR. A. c1910ccccxv

IN

D. NICOLAI

CELEBRANDVM

INDICIT.

*ae culpa corruptae per Platonicas sententias
heologiae liberandis*

entatio XX.

